


Instrumentum Foederis, inter Sac. Reg. Maiestatem, Regnumq[ue] Sueciae, ab una; & Sacr. Reg. Maiestatem Christianissimam, Regnumq[ue] Galliae, ab altera parte, Anno M. DC. LXI. XII. Septembris Fontaine-Bleau conclusi, ac postea ex praescripto Holmiae ratihabiti

Stetini: typis Rhetianis, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787931055>


Druck Freier  Zugang





Fk 1039 (1-21.)

Fk - 1039.



15.
13

INSTRUMENTUM FOEDERIS,

inter

Sac. Reg. Majestatem, Regnumq;

S V E C I Æ,

ab una;

&

Sacr. Reg. Majestatem Christia-
nissimam, Regnumq;

G A L L I Æ,

ab altera parte,

Anno M. DC. LXI. XII. Septembris Fontaine-Bleau
conclusi, ac postea ex præscripto Holmiæ ratihabiti.

Impresf. STETINI typis RHETIANIS,
Anno. M. DC. LXII.

INSTRUMENTUM
FOEDERIS

Inter
Sac. Reg. Majestatem Regni

SVEVICAE

et

Sac. Reg. Majestatem Christianiss.
Hispaniarum Regni

et

inter

et inter
partes

et

et

NOS CAROLUS, Dei Gratia Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Rex & Princeps Hæreditarius, Magnus Princeps Finlandiæ, Dux Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ, Casubia & Vandalia, Princeps Rugiæ, Dominus Ingridiæ & Wismaria; nec non Comes Palatinus Rheni, Baviaræ, Juliaci, Cliviæ & Montium Dux, &c. Constare volumus omnibus & singulis, quorum interest, aut quomodocunq; interesse poterit: Cum, in memoriam revocantes fidam, quæ semper Sveciæ inter Galliæq; Regna viguit, amicitiam, pro eadem restabilienda & denuo confirmanda in Galliam miserimus Legatum Nostrum Extraordinarium & Plenipotentiarum, atq; occasione ejus placuerit Serenissimo ac Potentissimo Principi, Fratri, Consanguineo, Amico & Fœderato Nostro Charissimo, Dn. LUDOVICO XIV. Galliæ & Navarræ Regi Christianissimo, pro communi bono, tranquillitate & securitate publica, mutuoq; Regnorum emolumento, arctam amicitiam renovare, & certas denuo Fœderis leges Nobiscum, inire, quemadmodum per utriusque Nostrum Ministros, sufficienti potestate munitos, in sequentes Articulos conventum & concordatum est:

Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, Domini CAROLI, Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Regis & Principis Hæreditarii, Magni Principis Finlandiæ, Ducis Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini,
Pome-

)

Pomeraniæ, Casubia & Vandalia, Principis Rugiæ, Domini Ingridæ & Wismariæ; nec non Comitis Palatini Rheni, Bavariæ, Juliaci, Clivæ & Montium Ducis, &c. Regniq; Sveciæ Senator, Summusq; Stabuli Præfectus & Cohortium Equestrium Generalis Locumtenens, & pro tempore ad Sac. Maj.^{tem} Christianissimam Legatus Extraordinarius, CLAUDIUS TOTTE, Comes in Carleby, Liber Baro in Siundeby, Dominus in Ekolsund & LehalsLähn: constare volumus omnibus & singulis, quorum interest. Quod cum Serenissimi Sveciæ, Galliæq; Reges perpendant, quam gloriose, ac quanto communis causæ, nec non Regnorum Suorum cum bono, fructuq; Serenissimi Majestatum Earum Antecessores, consiliis & viribus sociatis, Fœderum strictissimorum Leges sæpius inter se reiterarint, indissolubilemq; per multos annos coluerint amicitiam: Majestati insuper utriusque sollicitudo nulla æque cordi, nec res antiquior ulla sit, quam non modo pro Status utriusque conservatione providâ junctim curâ excubare; sed &, per celebri Majorum exemplo, in eo curam omnem vertere, ut stet incolumis publica, tantarum rerum discrimine parta tranquillitas hoc præcipue tempore, cum, sopitis Divinâ gratiâ nuperrimis bellis, læta rursus Pax redierit. Idcirco altissime memorati Serenissimi Reges è re esse duxerunt, non modo antiquæ illi & firmissimæ inter hæc duo Regna Amicitia insistere, sed etiam eidem Pactorum novorum strictiori vinculo majus addere & robur & incrementum. Accepta proinde à Sacra Regia Majestate

je fstate Sveciæ, Domino meo Clementissimo, super
hac re tractandi potestate cum Illust.^{mo} & Excell.^{mo}
Dn.^o HUGONE de LIONNE, Eqvite, Marchione
Fresneo, Sacræ Regiæ Majestatis Christianissimæ
Consiliario Status, utriusq; Ordinis Regii Commen-
datore, & à Ser.^{mo} & Potent.^{mo} Rege Christianissi-
mo ad hunc itidem actum sufficienti mandato instru-
cto, collatis mutuo consiliis in subseqventes conven-
tum est Articulos.

I.

Sit inter Serenissimum Regem, Regnumq; Sve-
ciæ, Ejusq; Hæredes & Succesores, & inter Sere-
nissimum Regem Christianissimum, Ejusq; Hæredes
& Succesores, sincera & constans in perpetuum
amicitia, cujus vigore ubiq; dignitatem & commo-
dum alterius, tanqvam proprium, cordi habeant,
& promoveant, & præjudicia pro viribus avertere
teneantur.

II.

Per hanc amicitiam vigeat, frequentetur, & au-
geatur inter utriusq; Regum subditos usus & neces-
sitas Commerciorum: eoq; nomine integrum sit
utriq; Genti, apud alteram, tam pace, qvam bello,
absq; ullo impedimento, terrâ, mariq; negotiari &
commercari, solutis ordinariis vectigalibus.

III.

Pateant ergò utrisq; omnes Portus, Emporia,
Civitates & Provinciæ, qvatenus per Leges & Sta-
tuta cujusq; Regni licitum est, ut merces suas, so-
lutis jam dictis ordinariis vectigalibus, importent,

) (2

& di-

& distrahant, aliasq; vicissim coemant & exportent,
nullo molestiam facescent.

IV.

Et cum libertate maxime gaudeant & promoveantur Commerciorum, non erunt alieni Reges, imò in id incumbunt, ut commoda negotiantium omnibus modis promoveant, in quantum illud salvis Pactis & Transactionibus, quæ ab alterutro Regum, cum aliis Nationibus, ratione Commerciorum, jamdum erectæ sunt, fieri poterit.

V.

Interim, & ut eò arctior indies instituat inter utramq; Gentem Commerciorum tractatio, Serenissimus Sveciæ Rex disponet Regni & Ditionum Suarum subditos, ut in posterum quoque in Gallia Sal, Vinum, aliasq; hujus generis merces coemant: quem in finem promovebit Serenissimus Rex Christianissimus prædictas merces ipsis dari, quo minimo pretio Hollandi, exteræq; aliæ Nationes eas coemunt.

VI.

Vicissim Serenissimus Rex Christianissimus disponet Regni & Ditionum Suarum subditos, ut illi in Svecia merces, ibi provenientes, sibi comparent & coemant: ubi itidem promovebit Serenissimus Rex Sveciæ, ut ejusmodi merces subditis Gallicis, quo minimo pretio Hollandi, aliæq; exteræ Nationes illas coemunt, vendantur.

VII.

Alteri amicorum Regum, bello laboranti, in alterius Regno ac Ditionibus milites, nautasq; suis sumpti-

sumptibus legere, naves comparare, omnisq; generis armamenta coemere licitum esto: eadem verò facultas hostibus ejus denegetur.

VIII.

Vicissim, quandocunqve alter cum suo hoste Pacem vel Inducias fecerit, alterum Pactis debite comprehendat, ut ob exhibitum officium præstetur indemnus.

IX.

Pacta, ab alterutro Regum cum aliis Regibus, Principibus, exterisq; Nationibus jamdum erecta, plenarium suum vigorem & robur retinebunt.

X.

Sit præterea speciale Fœdus inter dictum Serenissimum Regem Sveciæ & Serenissimum Regem Christianissimum, Eorumq; Regna, pro firmitudine & observantia Monasterii & Osnabrugis factæ Pacis, pro conservatione Ordinum Imperii, instabilita per eam pristina eorum autoritate & dignitate: tum pro libertate Navigationis & Commerciorum, item Oceani & Maris Balthici, mutuorumq; Regnorum & Statuum securitate.

XI.

Præcipuus autem hujus Fœderis scopus sit utriusqve Regis ac Regni mutua salus atqve securitas, itemq; conservatio Pacis Monasteriensis & Osnabrugensis, quò non solum utriq; Reges, sed & universi & singuli Status Imperii, prædicta Pace plenarie fruantur. Ad cujus observantiam ut reliqui Pacis Interessati & consortes eò magis instigentur, sæpius

memorati duo Serenissimi Reges omnibus exemplo erunt, prædictam Pacem, ejusq; Instrumenti verum tenorem plenarie observare.

XII.

Instet uterq; Regum, conjunctim & separatim, efficaciter apud Imperatorem, Statusq; Imperii: ut, quicquid tum Instrumentis dictæ Pacis, tum Recessu Executorio Norimbergensi sancitum est, absq; dilatione, morave, executioni debitæ mandetur.

XIII.

Si quis præfatæ Paci universali quicquam in contrarium egerit, Confœderati Serenissimi Reges ejusmodi Contraventorem amicabiliter dehortabuntur, & deinceps, si hæc dehortatio frustranea fuerit, cum Statibus Imperii, vel Ordinaria ejus Deputatione, hac de re communicabunt: cum iis conjunctim, & communicatis consiliis, omnibus mediis efficere studebunt, quò parti læsæ de plenaria libertate & securitate prospiciatur; Illaq; non minus, ac reliqui Pacis consortes, in suis Juribus, Dignitatibus & Privilegiis, nullum præjudicium patiat, sed juxta præscriptum Pacis Instrumentum manu teneatur.

XIV.

Quod si propterea, vel ex causa prioris belli, foederati Reges simul ab aliquo hostiliter infestentur, inter se de modo convenient, qua ratione conjunctis consiliis, viribusq; hostilitatem communem arceant, seseq; defendant.

XV.

XV.

Ubi verò alterutrum Eorum, in suo per dictam Pacem acquisito Jure, non quidem armis, sed aliter quomodocunq; lædi contigerit, omni statim opera, consiliis & autoritate adlaboret alter, ut injuria cesset, &, si quod illatum est, damnum reparetur.

XVI.

Si hostilibus armis ex iisdem causis alteruter impetatur, nec auxiliis Juris, aut alterius Fœderati interventu, vel ullo alio medio, operaq; juvari queat; tum Confœderati Reges ejusmodi Pacis universalis infractorem, prævia amicabili dehortatione, conjunctim & simul, secundum priora Pacta, sæpius reiterata, & juxta modum, prioris belli temporibus usitatum, bello aggredientur, illudq; conjunctis viribus & consiliis eousq; prosequuntur, donec ambobus Confœderatis Regibus secura & honesta Pax sit restituta..

XVII.

Et cum satis constet, quantum Fœdus illud inter duos Serenissimos Reges, & quosdam Imperii Ordines, Francofurti ad Mœnum ante triennium erectum, conservandæ publicæ tranquillitati profuerit; idcirco Confœderati Serenissimi Reges omnem navabunt operam, quò non solum Fœdus prænotatum ad terminum prolongatum, sed & ulterius duret. Omnesq; Fœderati unanimiter & conjunctis consiliis, vigore Tabularum Fœderis, Sibi invicem, ut fidos Socios & Fœderatos in re communi decet, adhæreant; Consilium, jam Francofurti congregatum,

tum non disolvant, ab hoc Fœdere se à nemine, sub quocunqve nomine, aut prætextu, avelli patiantur; sed una cum Duobus Serenissimis Regibus eò allaborent, ut sæpius dictum Fœdus accessione plurium Confœderatorum augeatur, & confortetur, ejusq; principalis scopus, nimirum Conservatio Pacis Publicæ, & uniuscujusqve in ea acqvifitorum Jurium obtineatur.

XVIII.

Interim, qui Principes & Status intra biennium declaraverint, se speciali hoc Fœdere comprehendere velle, communi utriusq; Regis consensu admittantur & comprehendantur, eorumq; securitati eadem, qua Regibus, ratione prospiciatur.

XIX.

Quod si contigerit, aliquem è Principibus & Statibus Imperii non Confœderatis injuriã affici, vel etiam armis impeti, Ei quidem non pari cum Fœderatis ratione, sed iis remediis prospiciatur, quæ Instrumentis Pacis præscripta sunt.

XX.

Nec præsens Fœdus, nec ullum aliud, cum quocunq; Principe vel Statu Imperii contractum intelligatur, nisi ea conditione, & reservatione, ut nihil profus in statu præsentis Religionis vel Ecclesiæ immutetur, quocunq; prætextu vel tempore; sed omnia, juxta tenorem Instrumenti Pacis, in eodem statu relinqvantur.

XXI.

Duret hoc Fœdus speciale ad decennium, à die tradi.

traditæ, commutatæq; Ratihabitionis numerandum,
& tunc, si visum fuerit, communi Serenissimorum
Regum consensu prorogetur. Interea sedulis com-
municationibus & collatis consiliis invicem eò alla-
borent, quo uterq; Confoederatorum Regum sem-
per in eo conservetur statu, ut hujus Fœderis scopo
condigne invigilare, eundemq; de meliori promo-
vere queat: In quem Sibi invicem pro temporum
& circumstantiarum ratione & possibilitate auxilio
erunt.

XXII.

Pacta hæc ab utroq; Serenissimorum Regum,
Sveciæ & Galliæ, intra tres Menses à die Subscri-
ptionis firmabuntur, & ratihabita reciproce com-
mutabuntur.

XXIII.

In quorum omnium fidem præsentem manibus
& Sigillis propriis munivimus. Actum Fontaine-
Bleau ^{duodecima} die Septembris, Anni Millefimi,
^{vigesima secunda} Sexcentefimi, Sexagesimi Primi.

CLAUDIUS Lott.

L. S.

NOS igitur CAROLUS, Dei gratia Sve-
corum, Gothorum, Vandalorumq; Rex & Prin-
ceps Hæreditarius, Magnus Princeps Finlandiæ, Dux
Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Ver-
dæ, Stetini, Pomeraniæ, Casubriæ & Vandaliciæ, Prin-
ceps


ceps Rugiæ, Dominus Ingridiæ & Wismariæ; nec
non Comes Palatinus Rheni, Bavarix, Juliaci, Cli-
viæ & Montium Dux, &c. superius expresfos, &
Fœderis Instrumento insertos Articulos, tanquam
ad mandata Nostra confectos, in omnibus suis Clausu-
lis laudavimus, approbavimus & ratihabimus: quem-
admodum vigore harum eisdem laudamus, appro-
bamus, & omni meliori modo ratihabemus, spon-
dentes Nostro, nec non Succesorum Nostrorum, Re-
gum, Regniq; Sveciæ nomine, ac verbo Regio,
omnia inviolabiliter & bona fide Nos servaturos &
impleturos, nec passuros esse, ut à Nostratibus, aut
aliis quibuscunq; ullo modo violentur, vel contra-
veniantur. In quorum fidem majorem hasce Sigil-
lo Nostro Regio, & Honoratissimæ ac Charissimæ
Matris Nostræ, nec non cæterorum Nostrorum Tu-
torum & Administratorum manibus subscriptas, mu-
niri jussimus. Actum in Arce Nostra Holmensi die
30. Octobris, Anno, supra Millesimum, Sexcentes-
simum, Sexagesimo Primo.


Hedvig Eleonora.


L. S.

Petrus Brahe, Gustavus Banerius, Claudius Bielkenstierna.
Comes in Visingsborg, Loco R. S. Marschii, Loco R. S. Archithalass.
R. S. Drotzetus.

Magnus Gabriel de la Gardie, Gustavus Bonde /
R. S. Cancellarius, R. S. Thesaurarius.









the scale towards document

ch mit den ohngemittelten von Adel und den freyen Reichs-
erden / jedoch möchten die von Adel ihre eygne Truchen und
der aber gleich wie andere / gelobt und geschworen seyn solle.
Vnterthanen auff dem Land wäre nicht weniger zugelassen /
r zu bestellen / ebener massen auch die Geistliche in den Reichs-
olten / einen eignen Einnehmer und Truchen haben mögen / je-
beyssammen / müste jhr und der Weltlichen Geld zusammen in
n / und fürter in die gemeine Craiß Truchen ungezehlt einge-
jezt gemeldte Einnehmer / nach deme sie die Anlag allenthalb
und jhren Vnterthanen eingebracht / und in ein Truchen ver-
den 6 General Craiß Einnehmern überliefern / von diesen 6.
id Fürsten. 1. Die Weltliche Chur: und Fürken. 1. Præ-
rren 1. Die von der Rittertschaft und Adel. 1. Die Frey und
egen / und jedes Collegium dann / so es gesetz / in sonderbare
/ wie diß alles und noch mehr den Einzug des Gemeinen Pfenn-
n Speyrischen Reichs Abschied de Anno 1542. mit weiltäuf-
den. Nach deme aber diese nur auff zwey Jahr bewilligte
man nochmahls des Fürcken feindlichen Einbruchs besorgen
e Kaiserl. Majest. Carolus V mit den Ständen Anno 1544.
n Reichs Convent und Verabtschlagung gehalten / hat sich /
desselben Abschieds zu lesen / besunden / das die nechst vor zu
ormbischen Anschlag des Romzugs (das ist die Matricul)
n so mächtigen Feind wenig fürträglich / und auch weilen viel
lügen sich beschwert / jhnen damals zu Speyer zu helfen / auß
Berichts / nicht möglich / und auch sie weiter zu beschweren
ist der modus collectionis nach dem Gemeinen Pfenn-
gen worden / damit (verba sunt Recessus) niemand hohen
r schonet / auch keiner vor dem andern beswert werde / sondern
bermögen neben dem andern gleiche Anlag und Stewr gebe.
eß Reichs / Geistl: und Weltliche / wie auch die von Adel / und
nd auff dem Land / niemands außgenommen / also angelege
n jhren beweglichen und unbeweglichen Gütern / Lehen und
dies Werchs einen halben Gulden geben / und 50. fl. Jähr-
l. Hauptgut geachtet werden / die Stifft / Capitul / Clöster /
dere Geistliche Versammlung von Mannen und Frauen /
e Persohnen von jhren Einkommen / Pfarren / Pfründen /
/ und täglichen Gefallen etc. den zehenden Theil zu Stewr
ge weniger allesamt der Paarschaft verstewrt werden sollen /
leinorer / Silbergeschir / und Haußbraht / Item hohen stands
drensiher Knechten Pferde und Bewöhr. Diese Stewr
em Dhrt / wo er geseßen / richren mögen / ohngeache

R ij

wo